



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

### Theatrum Asceticum, Sive Meditationes Sacrae

Neumayr, Franz

Ingolstadii [u.a.], 1747

VD18 14516888

Præfatio.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-54686](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-54686)

PRÆFATIO.

**M**editationes, quas per aliquot annos in foliis separatis for-  
tasse legisti, Lector benevole, nunc in unum conge-  
stas volumen offero. Causa consilii, præter multorum desi-  
derium, fuit spes fructus amplioris, atque perennaturi ex  
-connexione materiæ, quæ se modò oculis, & menti  
-integra exhibet, estque digna aspectu fixo, quia gradus com-  
-ponit, per quos seipsum quisque, aut suos, si aliquorum  
-curam habet, ducere ad apicem Christiana virtutis debet ex  
-ordine, atque sensim, quando rarissime videmus contin-  
-gere, ut aliquis repente optimus fiat. Hunc finem unice  
-me spectasse profiteor; ideoque si quis Comica Artis regulas,  
-sive quæ ad inventionem, sive quæ ad dispositionem, sive quæ  
-ad elocutionem pertinent, non raro neglectas esse stomache-  
-tur, meminerit, omnem Artem esse ancillam Pruden-  
-tiæ, quæ illius operam sapienter repudiat, quoties ad finem  
-intentum obesse plus, quàm prodesse existimat. Discursus  
-solidi, Instructiones practicæ, viriles motus THEATRUM  
-ASCETICUM magis expetebat, quàm ingeniosos errores,  
-admirandas peripetias, panicos terrores, tenellas lacrymas,  
-de quibus Terentio, aut Sophocli plaudimus. Nimirum quia  
-hoc agebam, non ut à Spectaculo benè mecum, sed ut ma-  
-lè contenti secum Spectatores abirent, quoties utrumque  
-simul sperare facile non licebat. Habes finem laboris mei:  
-Materiam, Formam, Usus sequens pagina per Synopsis  
-exponit.

INDEX